



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Die XXIV. Maji. In Festo B. Mariä Virginis, Titulo Auxilium  
Christianorum**

**Paderbornæ, ca. 1790**

Oratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60406](#)

O! dies felix, memoranda fastis,  
Qua Petri Sedes Fidei Magistrum,  
Triste post lustrum reducem beata  
Sorte recepit.

Virgines castæ, puerique puri,  
Gestiens clerus, populusque grato  
Corde Reginæ celebrare cœli

Munera certent.

Virginum Virgo, benedicta Jesu  
Mater, hæc auge bona; fac precamur,  
Ut Gregem Pastor Pius ad salutis  
Pascua ducat.

Te per æternos veneremur annos,  
Trinitas, summo celebranda plausu,  
Te fide mentes, resonoque linguae  
Carmine laudent.

Amen.

v. Dignare me  $\mathfrak{G}c.$

*Ad Magnificat Antiph.* Ecce Maria  
erat spes nostra, ad quam confugimus  
in auxilium, ut liberaret nos, & venit  
in adjutorium nobis.

*Oratio.*

Omnipotens, & misericors Deus, qui  
ad defensionem Populi Christiani in  
Batisima Virgine Maria perpetuum  
Auxilium mirabiliter constituesti: con-  
cede propitius; ut tali præsidio muniti  
certantes in vita, victoriam de hoste

maligno consequi valeamus in morte.  
Per Dominum.

*Ad Matut. invitat. Sancta Maria Dei  
genitrix virgo, \* Intercede pro nobis.  
Ps. Venite, exultemus. Hymnus. Sæ-  
pe dum Christi, &c. ut in Vesperis.*

*In II. nocturno.*

**Sermo Sancti Bernardi Abbatis.**

*Ex Sermone de xij Stellis.*

*Lectio iv.*

Vehementer quidem nobis, dilectissimi, vir unus & mulier una nocuerent: sed gratias Deo, per unum nihilo minus virum & mulierem unam omnia restaurantur, nec sine magno fænore gratiarum. Et quidem sufficere poterat Christus: si quidem & nunc omnis sufficientia nostra ex eo est; sed nobis bonum non erat, esse hominem solum. Congruum magis, ut adesset nostræ reparations sexus uterque. Jam itaque nec ipsa Mulier benedicta in mulieribus videbitur otiosa: invenietur equidem locus ejus in hac reconciliacione. Opus est enim mediatore ad mediarem Christum; nec alter nobis utilior quam Maria. Cruelis nimium mediatrix Eva, per quam serpens antiquus pestiferum etiam ipsi vi-